SERMONES DE TEMPORE MAGISTRALES,

ET FORMALES DIVINI VERBI concionatoris, Spectabilis viri Gabrielis Biel ex Spira ſacræ theologiæ licentiati, eccleſiæ metropolitanæ ſancti Martini,

CIVITATIS, ET DIOCESIS MOGVNTINENSIS olim vicarij & prædicatoris ordinarij; opera, & lucubratione non modica Vuendelini Steinbach ſacræ theologiæ profeſſoris, ex præfati viri laudatiſſimi ſermologis elaborati, & in viuum redacti.

DOMINICA I. ADVENTVS DOMINI. SERMO I.

ECCE rex tuus venit tibi manſuetus. Zach. 9. originaliter, trāſſumptiuè autem Matth. & in dominicæ aduent⁹ primæ euāgelio.

De innouatione hominis & quæ ſint innouata.

Adeſt chariſſimi tempus ſacratiſſimum, omni deuotionis cultu digniſſimum, tempus noſttæ innouationis. In quo ſecundū ſanctæ matris eccleſię cō memorationē ad noui hominis antiqui regis aduentū in carnē (quo inueteratā, corruptāq; naturam humanam innouando reparauit, ac reparando innouauit) dignè celebrandum, omnes (vetuſtate depoſita peccatorum) debemus mente, & ſpiritu renouari, ſicut ad Col. 3. hortatur apoſtoius: Expoliātes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouū, eū qui renouatur in agnitionē ſecundū imaginē eius, qui creauit vos. Hinc & in eccleſia libri, & veſtes innouari ſolent. In aduentu.n. regis noui omnia innouata ſunt creator, & creatura, angelica pariter, & humana. Creator, apud quē nō eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obūbratio, licet ſit æternus & ab æterno, factus eſt in tēpore nouus homo, & hominum liberator innouatus eſt homo; qa ꝑ Chriſti aduentū in carnē deletū ē chyrographū peccati, deleta eſt ꝓto plaſtorū culpa, reformata ē natura. Humanitas qucq; exaltata eſt, & innouata ſuꝑ naturā angelicam, qa verbū nō angelicam, ſed humanam aſſumpſit naturam. Hebræ. 2. Nuſquam enim angelos apprehendit; ſed ſemen Abraæ.